



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Sales quomodo ex rebus extrahendi. Cap. XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

Et simul cum coquimur admirandum odorem. Arantijfides forficibus secantur, & in aquam vitæ imponuntur, ubi croceam redditæ est, & flores odorem remiserint, immutantur, donec aqua multum retineat coloris. & odoris, vel aqua crassamentum quoddam habeat, runc excolatur, & igne expiratur in auras, sic colorem, odorem, & vitæ ex floribus extrahes omnes. Sic autem poteris

è corallis color em habere.

Contere eos, & vehementi igne in salem vertes, comes ei addatur halinitrum, & æquis ponderibus: mox ex aqua vitæ salem elicies, & suum colorem trahet, mirificæ virtutis, ut dicemus.

Sales quomodo ex rebus extrahendis.

C A P. XVI.

NON minima vitæ virtutis pars in sale residet, quo non solum in ægrotorum condimentis utemur, sed alijs modis, quum penetrandi vim maximam adscilcat. Diu ab antiquis quæsitum, vitrum sales vires rerum retineant, an ex igne alias amittant, alias acquirant: numeris periculis factis, rerum vires, ex quibus extracti sunt, conseruant, & plerunque acutiores. Exempla apponemus, quæ vidimus: & primò

è limonibus salem confidere
extillentur limones cum cornicibus, & acreidine, seruetur aqua, & cetera exiccentur, aut umbra, si tempus permittit, vel clibano. Indantur vase optimè lutato, & igne reuerberationis exponantur, ut in calcē vertantur. Calcem in aqua solues, & bullite facies, ut lixiuim perficitis conficias, mox penicillo extillabis, ut si quid secum residueat, depuretur, mox aquam in auram solues, & in fundo sal remanet. Ad frangendum in vesica calculum optimum adinuenimus. Extrahitur quoque

Sal ex imperatoria.

Exicetur autem radix vase cooperto, & lutato, & in fornace tribus diebus semper cremetur, donec in cineres albantes redigatur, superinfusa eius aqua, distilletur, & distillatum iterum in calcem injicies terrīo, dein penit-

penicillo optimè expurgetur, scilicet vitreato imponitur, ut ebulliat, albumineoui projecto, ut sal depuretur, tandem sal candens, & granulosus apparebit. Sic etiam fit

Sal ex cumino.

Radix, herba, floresq; in vas iniiciuntur, optimè lutatur, & resiccatur, & fornaci laterariæ inditur, ut cineros exulantur. Interea radicem, herbam, & flores distilla, vel si mavis decoquere, & hac aqua lixiū per acrefacias, quod ubi per licinia ter, quater mundissime defæcaueris, vase vitreo coquendo, in sal redigitur, si purius, & nitidius quæsieris, sal supra porphyreticum marmor extendes, & humido loco depones, aptato infra vasculo, ut quod resolutur humiditate, in vasulum labatur, semper defæcando, si quid sordium inhæserit, id tertio facies, donec crystallino colore refidens videatur, ita condit. Hoc modo alchali vocant. Extrahitut

Sal ex sax fragia

eodem modo, quem diximus: si eo cibos cordias, à cibis, aut pani venenati noxa imminente praestat, tueturque à contagio, & infectione pestilentis aeris, sic idem ex alijs rebus contra venena præstantibus, quibus Principes loco communis salis in cibis uti possent, quum sapore vix discernatur. Ex thapsia sal conficitur ad renum calculos, & vesicæ deturbados, & tartarū, siue viscositate induratos soluens, lumbricos interficit, & sanguinem expurgat, crebro sumptum sudorem prouocat: mirè in curatione morbi gallici proficiens. Extracto à bibella si quis triduo vescatur, tertio quoq; mense, pro vita tempore toto securus deget ab hydrope, phthisili, & apoplexia. Corpus ab aere pestifero graffantis contagij efficaciter præseruat. Prodest sumptus etiā ventriculo, si languescentibus viribus cibos ingestos concoquere nequit. Sed in hoc, & in alijs animadueritendum est, non quotidie his salibus vescendum, ne his stomachus assuetus pro aliamento familiari arripiat. Ex elimata etiam guaiaci sponde sal efficiatur, qui mirum in modum in lue venerea præualet, eodem, quo diximus modo, assumptus. Reliquos tuo more iam parare edidicisti.